

OFFICIUM
S. JACOBI APOSTOLI,
HISPANIARUM
APOSTOLI ET PATRONI,

Ex indulto Clementis Papæ IX. dato Romæ 23. Julii 1667 recitandum in omnibus Hispaniarum Regnis sub ritu Semiduplici, omnibus Feriis secundis non impeditis festo novem Lectionum, excepto Adventu. Quadragesima, Vigiliis, & Feria secunda Rogationum.

OFFICIUM

Incipit à primis Vesperis, & ideo in ij. Vesperis Dominica fit Comm. S. Jacobi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesiá, occidit autem Jacobum fratrem Joannis gládio. **V.** In omnem terram exivit sonus eórum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eórum.

Oratio.

Esto Dómine plebi tuæ sanctificátor & custos: ut beati Jacóbi Apóstoli tui munita presidis, & conversatione tibi placeat, & securam mente deserviat. Per Dóminum.

Deindè Antiph. Sancta María, & reliqua Suffragia consueta Sanctorum.

Ad Matutinum, omnia usque ad Lectiones de Communi Apóstolor.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

R. I. Procedens Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, in navi, *** Et vocávit eos: qui statim relictis rétib; & patre, secuti sunt Dóminum. V.** Erant Jacobus & Joannes fratres in navi cum Zebedæo patre eórum, rescien-

tes rétia sua. Et vocávit.

R. ij. Vocávit ad se Dóminus Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacóbi, & fecit ut essent secum inter duodecim, & ut mitteret eos prædicare. *** Et impósuit eis nómína, Boanérges, quod est, filii tonitruul. V.** In omnem rerram exivit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. Et impósuit.

R. iij. Cùm venisset Jesus in domum principis synagógæ, *** Non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem, & patrem & matrem puellæ. V.** Et dixit: Nolite flere, non est mórtua puélla, sed dormit. Non. Glória Patri. Non.

MENSIBUS FEBRUARIO
ET MARTIO.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Jacobus, Zebedæi filius, Joannis Apóstoli germanus frater, Galilæus, inter primos Apóstolos vocátus cum fratre, relictis patre ac rétib; secútus est Dóminum, & ambo ab ipso Jesu Boanérges, id est, tonitruul filii, sunt appellati. Is unus fuit ex tribus Apóstolis, quos Salvátor máximè diléxit, &

tes-

testes esse vóluit suæ transfiguratiónis, & interesse miraculo, cum Archisinagógi filiam á mórtuis excitávit, & adesse cùm secóssit in montem Olivéti Patrem oráturus, antequam á Judeis comprehenderétur.

R. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum, *** Et transfigurátus est ante eos. V.** Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquéntes. Et transfigurátus.

Lectio v.

Post Jesu Christi ascensum in celum, in Judæa & Samaría ejus divinitatem prædicans, plurimos ad Christianam fidem perduxit. Mox in Hispaniam profectus, ibi aliquos ad Christum convertit, ex quorum número septem postea Episcopi à beato Petro ordinati, in Hispaniam primi directi sunt. Deindè Jerosolymam reversus, cum inter alios Hermogenum Magum fidei veritate imbuisset, Heródes Agrippa Claudio Imperatore ad regnum elatus, ut à Judæis gratiam iniret, Jacobum liberè Jesum Christum Deum confitentem capitis condemnavit. Quem cum is, qui eum duxerat ad tribunal, fortiter martyrium subeuntem vidisset, statim se & ipse Christianum esse professus est.

R. Potestis bibere calicem, quem ego bibo? aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? dixit Jesus Jacobo & Joanni filijs Zebedæi.

*** At illi dixerunt ei: Possumus.**

V. Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini. At illi.

Lectio vi.

Ad supplicium cum raperentur, petiit ille à Jacobo veniam, quem Jacobus osculatus, Pax, inquit, tibi sit. Itaque uterque est securi percussus, cum paulo ante Ja-

cobus paralyticum sanasset. Corpus ejus postea Compostellam translatum est, ubi summá celebritate cõlatur, convenientibus eò religiónis & voti causâ ex toto terrarum orbe peregrinis.

R. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem secum, & cõepit pavere, & tædere. *** Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem. V.** Sustinete hic, & vigilate mecum. Et ait illis. Glória Patri. Et ait illis.

MENSIBUS APRILI,
MAJO, ET JUNIO.

In ij. Nocturno.

Lectio iv.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Sermone 43. de Sanctis.

Si omnium Sanctorum Martyrum grata nobis debet esse sollemnitas, fratres charissimi, quanto gravior eorum, qui presentem securi sunt principem Martyrum? Si agnorum, quanto magis arietum? illorum enim filii, non generatione carnis, sed imitatione virtutis facti sunt omnes, qui posterius usque ad mortem confessi sunt Christum. Hos obtulerunt populi Gentium, de quibus Psalmus ante cantavit, dicens: Afferte Dómino filios arietum. His primum Dóminus cum ad confessionem sui nominis victoriarum, non solum se promissis hortiæ coronatorem, sed & certaminis adiutorem. Etiam in ipsis & posteros admonēbat: quoniam quod dicebat, scriptum posteris relinqueret. Illis ergo ait, exhortans eos: Cùm advenet vos ad principes, & potestates, nolite cogitare, quid respondeatis, vel quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Meditari vetuit, & confiteri præcepit. Maluit enim afferre presumptionem humanam, & gratiam dare divinam, ut in semetipsis timidi, & mun-

mando essent audaces. Undè & in alio Psalmo vox Mártyrum dicit, quasi ex parte humane fragilitatis verèdo: Eripe me de inimicis meis, Deus meus, & ab insurgèntibus in me libera me. Et paulò post, de auxilio divino confidens, dicit, fortitudinem meam ad te custodiám.

R. Assumpsit Jesus. 158.

Lectio v.

Supra cæteras enim turbas fide-
lium nec non antiquòrum ius-
torum & Prophetarum, eminentes
Apòstolos suos volens Dòminus os-
tendere, dixit ad eos: Beati òculi,
qui vident, quæ vos vidètis; & au-
res, quæ audiunt, quæ vos auditis.
Multi enim Prophætæ & iusti volue-
runt videre, quæ vos vidètis, &
non viderunt; & audire, quæ vos
auditis, & non audierunt. Item ali-
bi: Jam, inquit, non dicam vos
servos: quia servus nescit quid faci-
at dòminus ejus. Vos autem dixi
amicos: quia omnia quæcumque
audivi à Patre meo, nota feci vo-
bis. Item ait idem alio loco: Quæ-
cúmque ligaveritis super terram,
erunt ligata & in cælo: & quæ-
cúmque solveritis super terram,
erunt soluta & in cælo. Item, alibi
sciscitanti Petro, quid sibi & sociis
suis profuisset reliquisse omnia, &
sequi Redemptorem, respondit, di-
cens: Amen dico vobis, quòd vos
qui secuti estis me, in regenerati-
one, cum sederit Filius hominis in
sede majestatis suæ, sedebitis & vos
super sedes duodecim judicantes
duodecim tribus Israël.

R. Potestis bibere. 158.

Lectio vij.

Isti sunt lux mundi, quia per
ipsum lumen fidei & veræ scien-
tiæ primùm Dòminus huic mundo
trádidit; & ab errorum ac peccato-
rum tenebris gentes & pòpulos eruit.
Isti sunt sal terræ quia per eos terri-

genæ condimèntum sapòris vitæ ætér-
næ perceperunt, ut restringeret
carnis lasciviam, & à putredine
peccatorum & vitiorum veribus
servarentur illasi. Isti sunt lapides
pretiosi, quos in fundamènto cœles-
tibus ædificiis pòsitos Joannes in Ap-
ocalypsi sua describit, quia prædica-
tio eòrum Ecclesiæ fundamènta lo-
cavit. Undè & Paulus ait: Vos es-
tis cives Sanctòrum, & domestici
Dei, superædificati super fundamèn-
tum Apòstolorum & Prophetarum.
Isti sunt duodecim portæ Jerúsalem
novæ, quæ de cælo descendit, quia
per ipsos januam fidei primùm in-
trávimus, & inter cives Sanctòrum
adnumerati sumus.

R. Assumpsit Jesus. 158.

**MENSIBUS FEBRUARIO
ET MARTIO.**

In tertio Nocturno.

**Lectio sancti Evangelii secun-
dum Matthæum.**

Lectio vij. *Cap. 20. c.*
In illo tèmpe: Accessit ad Je-
sum mater filiorum Zebedæi cum
filiis suis, adorans & petens aliquid
ab eo. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 66. in Matthæum.

Non turbetur quisquam, si
adèò imperfectos dicimus
Apòstolos fuisse: nondum enim
mysterium crucis erat consummá-
tum, nondum grátia Spiritus in
corda ipsòrum infusa. Quod si vir-
tutem ipsòrum discere cupis, quales
post datam grátiam Spiritus fuerint,
considera, & videbis omnem ab illis
perversam affectionem fuisse supe-
rátam. Hac enim de causa eòrum
modo imperfectio revelátur, ut apèr-
tè percipere possis, quales subito
per grátiam effecti fuerunt. Quòd
igitur nihil spirituale petebant, nec
de cœlesti regno quidquam cogita-
bant, perspicuum est. Sed tamen
ins-

Lectio ix.

ET adjecit: Potestis bibere cali-
cem, quem ego bibiturus sum;
& baptismo, quo ego baptizor, bap-
tizari? Respondit, quomodo statim ab
hac opinione ipsos removit, contrá-
ria eis disserens. Nam vos, inquit, de
honoribus & de coronis mecum agi-
tis: ego verò de lactamine atque sud-
dore dissero. Non præmiòrum hoc
tempus est, nec illa glória meo modo
apparebit: sed cæcis ac periculòrum
tempus præsens est. Pèrspicite autem
quáliter ipso interrogatiònis modo, &
hortor & allicit. Non enim dixit:
Potestisne cadem subire, potestisne
vestrum effundere sanguinem? sed,
Quoniam pacto potestis bibere cali-
cem? Deinde alliciens inquit: Quem
ego bibiturus sum: ut ipsa cum eo
communicatiòne labòrum promptiò-
res redderet.

Te Deum laudamus. 13.

**MENSIBUS APRILI, MAJO,
ET JUNIO.**

In tertio Nocturno.

**Lectio sancti Evangelii secun-
dum Matthæum.**

Lectio vij. *Cap. 20. c.*
In illo tèmpe: Accessit ad Je-
sum mater filiorum Zebedæi
cum filijs suis, adorans & petens
aliquid ab eo. Et reliqua.
Homilia Sancti Joannis Chrysos-
tomi.

Homilia 66. in Matthæum.

Sedere autem ad dexteram, & ad
sinistram, non est neum dare,
sed quibus paratum est à Patre meo.
Quidnam sibi vult, quod modò dicitur
est? Duo enim hic à multis quaer-
runtur. Primum, si à dextris ejus
sedere quibusdam paratum sit. Al-
terum, si Dòminus omnium non pos-
sit illis præbere, quibus paratum
est. Ex quibus primo soluto, alte-
rum etiam patèbit. Quid igitur est,
quod dicitur nullus profectò à dextris,
nul-

inspiciamus etiam quomodo accedant,
& quid dicant. Volumus, in-
quunt, ut quodcumque petierimus,
facias nobis. Ad quod Christus:
Quid vultis? respondit non igno-
rans certè, sed ut eos respondere
cogat, & ulcus detegat, & ita me-
dicamentum apponat.

R. Misit Herodes rex manus, ut
affligeret quosdam de Ecclesia:
Occidit autem Jacobum fratrem
Joannis gladio. **V.** Ecce ego mitto
ad vos Prophetas, & sapientes, &
Scribas; & ex illis occidètis. Occidit.

Lectio vij.

Illi verò cum erubescerent, & ve-
recundiã prohiberentur, quò-
niam humano affectu eò devenerant,
seòsrum ab alijs discipulis Christum
accipientes interrogaverunt. Pro-
gressi sunt enim, inquit, ne illis ma-
nifesti fierent: & ita demùm ea quæ
volèbant, dixerunt. Volèbant autem,
ut ego concilio, quòniam super duò-
decim sedes sessuros discipulos au-
dierunt, primatum hujus consensùs
impetrãre: & præponi quidem se
cæteris scièbant; Petrum verò sibi
præferri formidantes, dicere ausi
sunt: Dic ut unus à dextris, alter
à sinistris sedeat. Et urgent dicen-
tes: Dic. Quid igitur ipse? Ut sig-
nificaret eos nihil pètere spirituale,
sed nec scire quidem quid pòstulent:
non enim pètere auderent, si scien-
rent: Nescitis, ait, quid petatis:
nescitis quam magnum hoc sit, quam
mirabile, ac ipsas superiores excè-
dens virtutes.

R. Iste est, qui ante alios Apòsto-
los primus plantavit Ecclesiam san-
guine suo: Cujus corpus in Gal-
laciã delatum, per totum orbem
gloriã illustratur. **V.** O sidus, o
decus Hispaniæ, Sancte Jacobe Apò-
stole, intercede pro nobis ad Deum
qui te elegit. Cujus corpus. Glória
Patri. Cujus corpus.

nullus à sinistris ejus sedēbit : Inaccessibilis quippe sedes est illa ; non hominibus dico solum, sed Angelis, sed Archangelis, cæterisque Virtutibus. Quod quasi præcipuum Unigeniti privilegium Paulus pōsit, dicens : Ad quem autem Angelorum dixit umquam, Sede à dextris meis? Et ad Angelos quidem inquit : Qui facit Angelos suos spiritus : ad Filium autem : Thronus tuus Deus in sæculum sæculi.

R. Misit Herodes. 160.

Lectio viij.

QUomodo igitur dixit : Sedere à dextris, atque à sinistris meis, non est meum dare? An quia consessuri alii sunt? minime inquam. Ad mentem enim interrogantium condescendens respondit. Non enim de sublimi sede illa, quæ ad dexteram Patris est, aliquid sciēbant, qui vel multo inferiora, quæ quotidie auribus eorum inculcabantur, non percipiēbant. Unum solummodo quærēbant, præfectora potiri, & omnium primos apud eum constitui : quodque jam diximus, cum duodecim sedes adissent ; ignorantes quod dicebant, primatum consessus postularunt.

R. Iste est qui. 160.

Lectio iij.

QUID igitur ait Christus? Propter me quidem, ac prædicationis meæ gratiā moriēmini, & meæ passionis participes eritis, sed non est id satis ad primum locum atque ordinem obtinendum. Nam si quis postea veniet martyrio & aliarum omnium numero virtutum ita decoratus, ut non parum excedere vos videatur, nolite credere, quia vos amo, cæterisque antepōno, idcirco eo, qui majoribus nitet operibus, expulso, vobis primum me locum daturum.

Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

ACCēssit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. **Psalm.** Dominus regnāvit. **cum reliq. de Dominica.** 14. **Ant.** Dic, ut sedēant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. **Ant.** Potēstis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei : Pōssumus. **Ant.** Calicem quidem meum bibētis : sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. **Ant.** Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister.

Capitulum. 1. Cor. 4. b

FRATRES, Puto quod deus nos Apóstolos novissimos ostēdit, tamquam morti destinatos : quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Hymnus.

Jesu salus mortalium,
Nobis ades, dum dicimus
Laudes Patrōno Hispaniæ,
Tuam canentes gloriā,
Laudāndus hic est unicē,
Quod primus in certamine
Apóstolis ex omnibus
Pro te profudit sanguinem.
Tui beatus pluribus
Notis amoris maximi:
Quod testis usque interfuit
Reconditis mysteriis:
Seu vi potēntis dextera
Surgit Jairo filia,
Quando in paternis ædibus
Est excitata ab inferis:
Seu vultus, ut sol, splendidus,
Et vestis, ut nix, candida,
Thaboris alto in vertice
Signum tuæ dant gloriæ:
Seu monte olivis consito,
Angoris est index tui
Sudor, tuo de corpore

Ceu

Ceu gutta manans sanguinis.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, & omne in sæculum.
Amen.

V. Annuntiaverunt opera Dei.

R. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus, Antiphona.

Visitāvis nos per sanctum suum Apóstolum, & fecit salutem de inimicis nostris, Dóminus Deus noster.

Oratio.

ESTO Dómine plebi tuæ sanctificator & custos : ut beati Jacobi Apóstoli tui munita præsidis, & conversatione tibi placeat, & securam mente deserviat. Per Dóminus nostrum, &c.

Deinde Antiph. Sancta Maria, & reliqua Suffragia consueata.

Ad Tertiam, Antiphona. Dic ut sedēant. **Capitulum.** Fratres, Puto quod Deus, ut supra. 161.

R. br. In omnem terram Exivit sonus eorum. In omnem. **V.** Et in fines orbis terra verba eorum. Exivit. Glória Patri. In omnem. **V.** Constituit eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nómimis tui Dómine.

Ad Sextam, Antiphona.
Potēstis bibere calicem.

Capitulum. 1. Cor. 4. c

NOSTRUM propter Christum, vos autem prædentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

R. brevis. Constituit eos principes super omnem terram. Constituit. **V.** Mémores erunt nómimis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constituit. **V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum.

Pars Hyemalis.

Ad Nonam, Antiphona.
Quicumque voluerit.

Capitulum.

NAM si decem millia pædagogum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

R. brevis. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis. **V.** Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Glória Patri. Nimis, **V.** Annuntiaverunt opera Dei. **R.** Et facta ejus intellexerunt.

Ad Vesperas, nisi sequatur festum Duplex Antiphone de Laud. Psalmi de Communi Apóstolor. in ij. Vesp.

A Cap. de sequenti Festo si fuerit Semid. & tunc pro Comm. S. Jacobi, **Ant.** O beatum Apóstolum. **V.** Annuntiaverunt, ut infra. **Oratio.** ESTO Dómine plebi, ut supra.

Postea Antiphona. Sancta Maria, & reliqua Suffragia consueata.
Si verò non sequatur festum Semiduplex.

Capitulum. 1. Cor. 4. b

FRATRES, Puto quod deus nos Apóstolos novissimos ostēdit, tamquam morti destinatos : quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Hymnus.

DEfensor alme Hispaniæ
Jacobe, vindex hostium,
Tonitruum quem filium
Dei vocavit Filius:
Huc cæli ab altis sedibus
Convérte dexter lumina,
Audique læti debitas
Grates tibi quas solvimus.
Grates refert Hispaniā,
Felix tuo quæ nómine
Te gloriatur iugiter
Dignatā sacris ossibus.
Tu, cæca nox atque impia
Nos cum tenēret vanitas,
Luceam salutis primivis
Oris Iberis impetras.

Fili

Tu

Tu, bella cum nos cingerent,
Es visus ipso in praelio,
Equoque & ense acerrimus
Mauros furētes sternere.

Freti tuo nos pignore,
Largum tuo te munere
Rogamus omnes, ut tua
Spe protegas presentia.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, & omne seculum. Amen.
Annuntiaverunt opera Dei.
Et facta ejus intellexerunt.

Ad Magnificat, Antiphona,

O beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Domini calicem bibere meruit! O gloriosum Hispaniae regnum, tali pignore ac patrono munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est, alleluia.

Oratio. Esto Domine, ut infra.
Deinde Antiph. Sancta Maria,
cum reliquis Suffragis consueta.

TEMPORE PASCHALI

Officium fit hoc modo.

In ij, Vesp. Dominica, fit Comm. S. Jacobi, Antiph. Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia: occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio, alleluia. Sancti & justi in Domino gaudent, alleluia. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.

Oratio.

Esto Domine plebi tuae sanctificator & custos: ut beati Jacobi Apostoli tui munta praesidiis, & conversatione tibi placeat, & securamente deserviat. Per Dominum.

Deinde Comm. de Cruce tantum. Ad Maritimum, omnia usque ad Lectiones de Communi Apostolorum tempore Paschali.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

1. Procēdens Jesus juxta mare Ga-

lilae, vidit duos fratres, Jacobum Zebedaei, & Joannem fratrem ejus, in navi. Ervocavit eos; qui statim relictis retibus, & patre, secuti sunt Dominum, alleluia. Erant Jacobus, & Joannes fratres in navi cum Zebedaeo patre eorum, reficientes retia sua. Et vocavit.

2. Vocavit ad se Dominus Jacobum Zebedaei, & Joannem fratrem Jacobi, & fecit ut essent secum inter duodecim, & ut mitteret eos praedicare. Et imposuit eis nomina, Boanerges, quod est, filii tonitru, alleluia. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Et imposuit.

3. Cum venisset Jesus in domum principis Synagoga, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem, & patrem, & matrem puella, alleluia. Et dixit: Nolite flere: non est mortua puella, sed dormit. Non Gloria Patri. Non permisit.

In secundo Nocturno.

Lectiones ut supra.

1. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum, & transfiguratus est ante eos, alleluia. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Et transfiguratus.

2. Potestis bibere calicem quem ego bibo? aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? dixit Jesus Jacobo & Joanni filiis Zebedaei. At illi dixerunt ei, Possumus, alleluia. Calicem quidem quem ego bibo, bibetis, & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini. At illi.

3. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem secum, & coepit pavere, & tædere. Et ait illi: Tristis est anima mea usque ad mor-

mortem, alleluia. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et ait illis, Gloria Patri. Et ait illis.

In tertio Nocturno.

Lectiones ut supra.

1. Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia: Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio, alleluia. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & Scribas; & ex illis occidetis. Occidit.

2. Iste est qui ante alios Apostolos primus plantavit Ecclesiam sanguine suo: Cujus corpus in Galilaeam delatum, per totum orbem gloria illustratur, alleluia. O sidus, o decus Hispaniae, sancte Jacobe Apostole, intercede pro nobis ad Deum qui te elegit. Cujus corpus, Gloria Patri, Cujus.

Si occurrat festum simplex, ex duabus fit una, & tunc in Lectio erit de Sancto simplici.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo, alleluia. Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis de Domino. 14. Añ. Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo, alleluia. Añ. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus, alleluia. Añ. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo, alleluia. Añ. Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister, alleluia.

Capitulum.

1. Cor. 4. b
Fratres, Puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia

spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Hymnus.

Jesu salus mortaliū,
Nobis ades, dum dicimus
Laudes Patrono Hispaniae,
Tuam canentes gloriam.
Laudandus hic est unice,
Quod primus in certamine
Apostolis ex omnibus
Pro te profudit sanguinem.

Tui beatus pluribus
Notis amoris maximi:
Quod testis usque interfuit
Reconditis mysteriis.

Seu vi potentis dextera
Surgit Jairi filia,
Quando in paternis aedibus,
Est excitata ab inferis:

Seu vultus, ut sol, splendidus,
Est vestis, ut nix, candida,
Thaboris alto in vertice
Signum tuae dant gloriae:

Seu monte olivis consito,
Angoris inde index tui
Sudor, tuo de corpore,
Ceu gutta manans sanguinis

Deo Patri sit gloria,
Et filio, qui a mortuis
Surrexit ac Paraclito,
In sempiterna saecula. Amen.

Pretiosa in conspectu Domini, alleluia. Mors Sanctorum ejus, alleluia. Benedictus, Antiphona. Visitavit nos per sanctum suum Apostolum, & fecit salutem de inimicis nostris, Dominus Deus noster, alleluia.

Oratio.

Esto Domine plebi tuae sanctificator & custos: ut beati Jacobi Apostoli tui munta praesidiis, & conversatione tibi placeat, & securamente deserviat. Per Dominum, &c.

Postea Comm. de Cruce tantum: Ad Primam, in R. brevi dicitur
F. 2

V. Qui surrexisti à mórtuis. Allelúia, allelúia.

Ad Absolutionem Capituli, dicitur Capitulum Nona.

Ad Tertiam, Antiphona. Dic ut sedeant. **Capitulum.** Fratres, Puto quòd Deus, ut supra.

R. br. Sancti & justì in Dómino gaudete. * Allelúia, allelúia. Sancti.

V. Vos elegit Deus in hæreditatem sibi. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Sancti. **V.** Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allelúia.

R. Et æternitas temporum, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona. Potestis bibere cálicem.

Capitulum. 1. Cor. 4. c

Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignóbiles.

R. br. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, * Allelúia, allelúia.

Lux. **V.** Et æternitas temporum. Allelúia, allelúia. Glória Patri.

Lux. **V.** Lætítia sempiterna super capita eórum, allelúia. **R.** Gáudium & exultatióem obtinebunt, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona. Quicumque volérit.

Capitulum. 1. Cor. 4. d

Nam si decem millia pedagógorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangélium ego vos genui.

R. br. Lætítia sempiterna super capita eórum, * Allelúia, allelúia.

Lætítia. **V.** Gáudium & exultatióem obtinebunt. Allelúia, allelúia.

Glória Patri. Lætítia. **V.** Pretiósia in conspéctu Domini, allelúia.

R. Mors Sanctórum ejus, allelúia.

In ij. Vesp. nisi sequatur festum Dupl. Aña. Accessit ad Jesum, cum reliquis de Laudib. 140. Psalm. Dixit Dóminus. Laudate páteri. Crú-

didit. In converténdo. Dómine probásti, ut in Comm. Apost. in ij. Vesp.

A Capit. de sequenti Festo, si fuerit Semicdup. & tunc pro Commem. S. Jacobi, Aña. O beatum Apóstolum. **V.** Pretiósia, ut infra.

Oratio. Esto Dómine, ut supra. 134.

Postea Comm. de Cruce tantum. Si verò non sequatur festum Semicduplex.

Capitulum. 1. Cor. 4. b

Fratres, Puto quòd Deus nos Apóstolos novísimos osténdit, tamquam morti destinátos: quia spectáculum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus.

Hymnus.

Defensor alme Hispánia, Jacóbe, vindex hóstium,

Tonitruum quem filium Dei vocávit Filius:

Huc cœli ab altis sédibus, Convérte dexter lúminá,

Audique læti débitas Grates tibi quas sólvimus.

Grates refert Hispánia, Felix tuo quæ nómine:

Te gloriatur júgiter Dignáta sacris óssibus.

Tu, cæca nox atque ímpia Nos cum tenéret vánitas,

Lucem salútis primitus Cris Iberis ímpetras.

Tu, bella cum nos cingerent, Es visus ipso in prælio,

Equoque & ense acérrimus Mauros furéntes stérnere.

Freti tuo nos pignore, Largum tuo te munere

Rogámus omnes, ut tuæ Spe prótegas preséntia.

Deo Patri, sit glória, Et Filio, qui à mórtuis

Surréxit, ac Paráclito In sempiterna sæcula. Amen.

V. Pretiósia in conspéctu Domini, alle-

allelúia. **V.** Mors Sanctórum ejus, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona. O beatum Apóstolum, qui inter primos electus, primus ómnium Apóstolorum Dómini cálicem bibere méruit! O gloriósium Hispánia-

regnum, tali pignore ac patróno munítum, per quem fecit illi magna, qui potens est, allelúia, allelúia. **Oratio.** Esto Dómine, ut supra. 134.

Deinde fit Commemor. de Cruce tantum.

EXORCISMUS

CONTRA IMMINENTEM TEMPESTATEM FULGURUM, ET GRANDINIS.

Per signum ✠ Crucis de inimicis ✠ nostris, libera nos ✠ Deus noster. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Dicitur Symbolum fidei, scilicet Credo in Deum Patrem, &c.

Deinde Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. V. Adjuvatorum nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cœlum & terram. V. Sit nomen Domini benedictum. R. Ex hoc nunc & usque in sæculum. V. Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus. R. Et fugiant qui oderunt eum, à facie ejus. V. Exurge Christe adjuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Domine Jesu Christe, qui fecisti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, quique flumini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus & brachia sanctissima in cruce extendisti, quibus aërem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à dextris & sinistris video aërem perturbare, dissolvere & annihilare digneris: ut alligata potestas demonum imple deservientium deficiat & turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, &

potentissimæ majestatis tuæ. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R. Amen.*

Postea conversus ad nubes signet eas signo ✠ dicens:

Circumdet te nubes Deus ✠ Pater. Circumdet te Deus ✠ Filius. Circumdet te Deus Spiritus ✠ sanctus. Destruiat te Deus ✠ Pater. Destruiat te Deus ✠ Filius. Destruiat te Deus Spiritus ✠ sanctus. Comprimat te Deus ✠ Pater. Comprimat te Deus ✠ Filius. Comprimat te Deus Spiritus ✠ sanctus. Amen.

Obsecratio. Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgaverunt, ipsi suis meritis & precibus, hanc tempestatem à termino isto, & ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino nostro Jesu Christo obtineant eflugari & depelli.

EXORCISMUS.

ET ego peccator, & Christi Sacerdos seu minister, licet indignus, auctoritate & virtute ejusdem Dei & Domini nostri Jesu Christi summi Imperatoris, noa mea potentia innixus & confusus, vobis præcipio immundissimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute ejusdem Dei & Domini nostri Jesu Christi, ✠ per sanctissimam ejus Incarnationem, per sanctam Nativitatem, per

per Baptismum & jejuniū ipsius, per ejus sanctissimam Crucem ✠ & Passionem, per sanctam Resurrectionem, per admirabilem Ascensionem, per tremendum adventum ejus, & judicium, per meritam intereratam semperque virginis Mariae, & sanctissimam N. & per meritam omnium Sanctorum, ut exeat ab eis, & eas dispergat in locis visvestribus & incultis, quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuscumque rebus humanis usibus deputatis. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen. Ipse vobis imperat, demones, qui has nubes commovetis, de quo de nube lucida dictum est: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ✠ Ipse vobis imperat, qui sua sacratissima Cruce, & corporis sui sanctissimi in ea extensione aërem purgavit. ✠ Ipse vobis imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortemque devicit, & ligavit, atque aeternæ gehennæ mancipavit ignibus. ✠ Ipse vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit à mortuis. ✠ Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus, virtute sua ascendit in cœlum. ✠ Ipse vobis imperat, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. *R. Amen.*

Et postea ostendat Crucem in aëra dicens.

Eccè lignum sanctissimæ Crucis, fugite partes adversæ, vicit enim vos & mundum Dominus noster Jesus Christus Filius Dei, Imperator summus, leo de tribu Juda, radix David.

Postea aqua benedicta in mo-

dum Crucis ✠ aspergat quatuor latera. Dicendæ sunt etiam Litaniae, si nondum quievit tempestas.

Symbolum S. Athanasii. Quicumque vult. Añ. Salve Regina. & Sub tuum præsidium. Cantic. Benedicite Omnia. cum V. Gloria Patri & Filio. In quolibet Vers. dicti Cantic.

Deinde V. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula. V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. V. Exurge Christe, adjuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, aeternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis.

Oratio.

Proterge Domine famulos tuos subsidiis pacis, & beate Mariæ semper virginis patrocinio confidentes, à cunctis hostibus & periculis redde securos.

Adomo tua quæsumus Domine, spirituales nequitie repellantur, & aëream discédant malignitas tempestatum.

Oratio.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicanti; ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniētia, clementiam sentiamus.

Ffff 4

Or-

Oratio.

Largiri & conservare fructus terrae dignare Domine Deus noster; ut temporaliibus gaudemus auxiliis, & proficiamus spiritualibus incrementis. Per Christum.

Proest dici & Oratio illius Sancti, in cuius honore constructa est Ecclesia, & aliorum Sancto-

torum, in quibus plus de eorum adjutorio confidimus propter specialem devotionem nostram. Possumus dici & aliae etiam devota Orationes cum compunctione & cordis contritione, implorando semper misericordiam Dei. Et si adhuc tempus tempestuosum perseveraverit, poterunt supra dicta pluries repeti.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

PSALMORUM INDEX.

AD Dominum cum tribulaver. Psalm. 119.	Pag. 104.	Deus in adjutorium meum. 69.	68.
Ad te Domine clamabo. 27.	40.	Deus in nomine tuo saluum. 53.	18. 24.
Ad te Domine levavi animam meam. 24.	25.	Deus iudicium tuum regi da. 71.	69.
Ad te levavi oculos meos. 122.	105.	Deus laudem meam ne tacueris. 108.	96.
Afferre Domino filii Dei. 28.	40.	Deus miseratur nostri, & 66.	15.
Attendite popule meus. 77.	73.	Deus noster refugium & virtus. 45. 54.	
Audite haec omnes Gentes. 48.	55.	Deus, quis similis erit tibi. 82.	79.
Beati immaculati in via. qui. 118. 19. 27.	108.	Deus repulisti nos, & destruxisti. 59.	62.
Beati omnes qui timent. 127.	108.	Deus stetit in synagoga eorum. 81. 79.	
Beati quorum remissa sunt. 31.	42.	Deus venerunt Gentes. 78.	75.
Beatus qui intelligit super. 40.	52.	Deus ultionum Dominus. 93.	84.
Beatus vir qui non abiit. 1.	2.	Dilexi, quoniam exaudivit. 114.	103.
Beatus vir, qui times Dominum. 111.	101.	Diligam te Domine fortitudo. 17. 9.	
Benedicam Dominum in omni. 33.	43.	Dixi Custodiam vias meas. 38.	51.
Benedic anima mea. 102.	90.	Dixit Dominus Domino meo. 109. 100.	
Benedic anima mea. 103.	91.	Dixit iniustus ut delinquat. 35.	45.
Benedictus Dominus Deus. 143.	115.	Dixit insipiens in corde suo. 52.	7.
Benedixisti Domine terram. 84.	80.	Dixit insipiens in corde suo. 52.	59.
Bonum est confiteri Domino. 91.	98.	Domine clamavi ad te. 140.	114.
Caeli enarrant gloriam Dei. 18.	11.	Domine Deus meus in te speravi. 7.	4.
Cantate Domino canticum. 149.	16.	Domine Deus salutis meae. 87.	81.
Cantate Domino canticum. 95. 84.	84.	Domine Dominus noster. 8.	4.
Cantate Domino canticum. 97.	88.	Domine exaudi orationem. 101.	89.
Confitebimur tibi Deus. 74.	71.	Domine exaudi orationem. 142.	85.
Confitebor tibi Domine in toto. 9.	5.	Domine in virtute tua. 20.	12.
Confitebor tibi Domine. 110.	101.	Domine ne in furore tuo arguas. 6.	3.
Confitebor tibi Domine. 137.	114.	Domine ne in furore tuo arguas. 37.	46.
Confitemini Domino, & invocate. 104.	92.	Domine, non est exaltatum. 130.	109.
Confitemini Domino, quoniam. 105.	93.	Domine probasti me, & cognovisti. 138.	112.
Confitemini Domino, quoniam. 106.	95.	Domine, quid multiplicati sunt. 3.	3.
Confitemini Domino, quoniam. 117.	19.	Domine, quis habitabit. 14.	7.
Confitemini Domino, quoniam. 135. 110.	110.	Domine refugium factus es. 89.	76.
Conversa me Domine. 15.	8.	Domini est terra, & plenitudo ejus. 23.	24.
Credidi , propter quod. 115.	105.	Domini illuminatio mea. 26.	39.
Cum invocarem, exaudivit me. 4.	119.		Do-
De profundis clamavi. 129.	50.		
Deus auribus nostris. 43.	53.		
Deus deorum Dominus. 49.	56.		
Deus Deus meus, ad te de luce. 62.	15.		
Deus Deus meus, respice in me. 21.	26.		

Dominus regit me. 22.	26.	Laudate nomen Domini. 134.	110.
Dominus regnavit, decorem. 92.	14.	Laudate pueri Dominum. 112.	101.
Dominus regnavit, exultet. 96.	87.	Levati oculos meos in montes. 97.	104.
Dominus regnavit, irascantur. 98.	88.	Magnus Dominus, &c. 47.	55.
Eccc nunc benedictio. 133.	120.	Memento Domine David. 131.	109.
Eccc qudm bonum. 132.	110.	Miserere mei Deus, miserere. 56.	60.
Eripe me de inimicis meis. 58.	61.	Miserere mei Deus, quoniam. 55.	60.
Eripe me Domine ab inimicis. 139.	113.	Miserere mei Deus, secundum. 50.	47.
Eruflavi cor meum verbum. 44.	45.	Miseritiam & Judicium. 100.	89.
Exaltabo te Deus meus rex. 144.	115.	Miseritiam Domini. 88.	82.
Exaltabo te Domine quoniam. 29.	41.	Miseri Domini edificaverit. 126.	108.
Exaudi te Dominus in die. 19.	12.	Nisi quia Dominus. 123.	106.
Exaudi Deus deprecationem. 60.	62.	Noli amulari in malignantibus. 36.	45.
Exaudi Deus orationem. 54.	59.	Nonne Deo subiecta eris. 61.	62.
Exaudi Deus orationem. 63.	63.	Notus in Judaa Deus. 75.	72.
Exaudi Domine justitiam meam. 16.	8.	Omnes Gentes plaudite manibus. 46.	55.
Expectans expectavi Dominum. 39.	51.	Oratum cor meum Deus. 107.	95.
Exultate Deo adjutori nostro. 80.	79.	Qudm bonus Israel Deus. 72.	70.
Exultate justii in Domino. 32.	42.	Qudm dilecta tabernacula. 83.	80.
Exurgat Deus, & dissipentur. 67.	64.	Quare fremuerunt Gentes. 2.	3.
Fundamenta ejus in montibus. 86.	81.	Quemadmodum desiderat cervus. 41.	52.
Inclina Domine aurem tuam. 85.	82.	Qui confidunt in Domino. 124.	107.
In convertendo Dominus. 125.	107.	Quid gloriaris in malitia. 51.	51.
In Domino confido. 10.	6.	Qui habitat in adjutorio. 90.	120.
In exitu Israel de Agypto. 113.	102.	Qui regis Israel, intende. 79.	75.
In te Domine speravi. 30.	68.	Repe expugnaverunt me. 128.	108.
In te Domine speravi. 70.	68.	Salvum me fac Deus. 68.	67.
Jubilate Deo omnis terra. 65.	63.	Salvum me fac Domine. 11.	6.
Jubilate Deo omnis terra. 99.	138.	Si vere utique justitiam. 57.	61.
Judica Domine nocentes me. 34.	44.	Super flumina Babylonis. 136.	111.
Judica me Deus, & discerno. 42.	57.	Te decet hymnus Deus. 64.	65.
Judica me Domine, quoniam. 25.	25.	Tene, exultemus Domino. 94.	81.
Letatus sum in his que. 121.	106.	Verba mea auribus percipe. 5.	48.
Lauda anima mea Dominum. 145.	116.	Vox mea ad Dominum clamavi. 76.	72.
Lauda Jerusalem Dominum. 147.	117.	Vox mea ad Dominum. 141.	114.
Laudate Dominum de caelis. 148.	16.	Utique Domine oblivisceris. 12.	6.
Laudate Dominum in vapocis. 150.	16.	Ut quid Deus repulisti in finem. 73.	71.
Laudate Dominum, quoniam. 146.	116.		

CANTICORUM INDEX.

Audite cali que loquor. 98.	Confitebor tibi Domine, quoniam. 49.
Benedicite omnia opera. 15.	Domine audite auditonem tuam. 86.
Benedictus Dominus Deus Israel. 18.	Ego dixi in dimidio iterum. 57.
Cantemus Domino : gloriare. 77.	Exultavit cor meum in Domino. 66.

Mag-

Magnificat anima mea Dominum. 103.
Nunc dimittis servum tuum. 121.

Quicumque vult salvus esse,
Te Deum laudamus. 20.
15.
E

HYMNORUM INDEX.

Ad regias Agni dapes. 469.	Jesu corona celsior. lxxx.
Aeterna Cali gloria. 87.	Jesu, corona Virginum. lxxxvi.
Aeterna Christi munera. liij.	Jesu decus Angelicum. 124.
Aeternae rerum Conditor. 17.	Jesu dulcis memoria. 421.
Aeternae Rex Altissime. 523.	Jesu Redemptor omnium, Perpet. lvi.
Ales diei nuntius. 58.	Jesu Redemptor omnium, Quem. 186.
Alto ex Olympi vertice. cxvj.	Jesu Rex amabilis. 432.
A solis ortus cardine. 183.	Jesu Rex amabilis. 76.
Athleta Christi nobilit. 788.	Incliti Patres. cxclij.
Audi, benigne Conditor. 336.	Immenae Cali Conditor. 104.
Audi tyrannus anxius. 196.	Invidi Martyr, unicum. xxxij.
Ave maris stella. cxxix.	Iste Confessor Domini colentes. lix.
Aurora calum purpurat. 473.	Iste, quam leti colimas. F. H. 707.
Aurora jam spargis polum. 100.	Inframpti Praetor. F. H. 25.
Beata nobis gaudia. 564.	Impades postremo. F. H. 28.
Beate Pastor Petre, clemens acci- pe. 635.	Lucis Creator optime. 102.
Celestis urbs Jerusalem. cix.	Lustra sex qui jam peregit. 396.
Cali Deus sanctissime. 109.	Lux ecce surgit aurea. 78.
Calium Joseph decus. 704.	Magna Deus potentie. 112.
Christe, sanctorum decus Ange- lorum. 778.	Martina celebri plaudite nomini. 661.
Christo profusum sanguinem. cxxvij.	Martyr Dei Venantius. 788.
Consorti Paterni luminis. 50.	Memento, rerum Conditor. cxxvij.
Creator alme sidorum. 129.	Nox atra rerum contegit. 67.
Cruclis Herodes, Deum. 239.	Nox, & tenebra, & nubila. 66.
Defensor alme Hispaniae. F. H. 165.	Nullis te genitor blanditiis tra- hit. 731.
Deus tuorum militum. cxxij.	Nunc sancte nobis Spiritus. 31.
Dum nocte pulsa lucifer. 789.	O gloriosa Virginum. cxxx.
Egregie Doctor Paule, more. 650.	O sola magnarum urbium. 247.
In clara vox redarguit. 129.	O sol salutis, intimo. 343.
Ex more docti mystico. 340.	Pange lingua gloriosi Lauream certami- nis. 392.
Exultet orbis gaudiis. liij.	Paschale mundo gaudium. cxlij.
Fortem virili peccore. xcix.	Praelator septem lumina. cxc.
Fortis tunc atrox. F. H. 74.	Primo die, quo Trinitas. 2.
Hominis superne Conditor. 114.	Quem terra, pontus, sidera. cxxx.
Hujus orata, Deus alme nobis. clxvj.	Quodcumque in orbe nexibus revinxe- ris. 631.
Jan Christus astra ascenderat. 559.	Refector solens, cerasus Deus. 33.
Jan lucis orto sidere. 18.	Regali solio fortis Iberia. 733.
Jan nimis terris. clxxxix.	Rerum Creator optime. 59.
Jesu salus mortalium. F. H. 104.	Rerum Deus tenax vigor. 36.
Jan sol recedit igneus. 117.	Rex

<i>Rex gloriose Martyrum.</i>	xlv.	<i>Te lucis ante terminum.</i>	181.
<i>Rex sempiternæ Cælitum.</i>	470.	<i>Telluris alme Conditor.</i>	107.
<i>Aggris solemnibus juncta sint gaudia.</i>		<i>Te splendor, & virtus Patris.</i>	771.
	ccxiiij.	<i>Tristes erant Apostoli.</i>	xviiij.
<i>Salvete flores Martyrum.</i>	200.	<i>Tu natale solum protege.</i>	663.
<i>Salutis humane Sator.</i>	523.	<i>Tu Trinitatis Unitas, orbem poten-</i>	
<i>Sancta mater istud agas.</i>	715.	<i>ter.</i>	78.
<i>Sanguinum meritis inelyta gau-</i>		<i>Veni, Creator Spiritus.</i>	559.
<i>dia.</i>	xlyiiij.	<i>Verbum supernum prodiens è Pa-</i>	
<i>Scripta sunt celo. F. H.</i>	74.	<i>tris.</i>	137.
<i>Somno refectis artibus.</i>	39.	<i>Vexilla Regis prodeunt.</i>	392.
<i>Splendor Paternæ gloriæ.</i>	49.	<i>Virginis laudes. F. H.</i>	25.
<i>Stabat Mater dolorosa.</i>	714.	<i>Virginis Proles, Opifexque Ma-</i>	
<i>Summa Parens clementis.</i>	87.	<i>tris.</i>	lxxxviij.
<i>Te, Joseph, celebrent agmina.</i>	703.	<i>Virgo Virginum præclara.</i>	723.

Prima Editio quæ ex Typis Regiæ Typographorum & Bibliopolarum Societatis in lucem prodit.

MATRITL

ANNO · MDCCXCVIII



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

